ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: BEDA VENERABILIS. STERNBILDKATALOG. AUGUSTINUS

Zwettl, um 1200 Seite 73r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31907
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



cies nouies uiceni & octoni seu uicies octies deni aut noueni multi
plicent. d. xxx. duorum numerum complent. unde fit ut idem circulus
magnus decennouenalis. lune circulos. xx. viii. solis aut qui uice
nis octonis que consummari solent annis. x & viiii. habeat circulos.
Bissextos decies nouies septenos. idem. c. xxx. iii. Menses solares uicies
octies. cc. xx. viii. idem. vi. ccc. lxxx. iiii. Menses aut lunares uicies
octies. cc. xxxv. idem. vi. d. lxxx. Dies exceptis bissextis uicies octies
vi. dcccc. xxxv. idem. cxc. iiii. milia. & c. lxxx. Adpositis aut bisser
tis. cxc. iiii. ccc. xiii. Qui ubi memoratam ex ordine mensium dierumque sum
ma compleuerit mox in se ipsum reuolutus cuncta que ad solis uel lune
cursum pertinent eodem quo preterierant semper tenore restaurat. Tantum
anni dominice incarnationis suo certo tramite proficiunt in maius non re
uertuntur & indictiones quo quo ferantur in ordine nil syderum cursum
atque idem nil paschalis circuli ordinem mouent. Quod ut apertius clarescat
placuit eundem plenario ordine circulum presenti opusculo preponere
sumpto exordio. a quingentesimo. xxx. ii. dominice incarnationis an
no. Ubi primum dyonisius circulum cepit & perducto opere usque ad millesi
mum sexagesimum. iii. eiusdem sacro sancte incarnationis annum. quatenus le
gentes quique non solum presentem uel futurum prospicere. sed & preteritum omnem pas
chalis statum temporis inerrabili possint intuitu respicere. atque ad di
lucidationem prisce lectio[illegible]nis annos omnes qui aliquando in questione
uenerant quando uel quales [illegible] fuerint euidenter agnoscant.

De sex huius mundi etatibus ac septima De sex huius seculi etatibus. lxvi.
uel octaua quietis uiteque celestis & super incomparatione prime ebdo
madis in qua mundus ornatus est aliquanta perstrinximus. & nunc incom
paratione eius unius hominis qui microcosmos grece a phylosophis. hoc
est minor mundus solet nuncupari de eisdem aliquanto latius expo
nemus. Prima est ergo mundi huius [illegible]etas abadam usque ad noe continens
annos iuxta hebraicam ueritatem [illegible] M. dc. lvi. iuxta. lxx. interpretes. ii.
cc. xl. ii. Generationes iuxta u[illegible]tramque editionem numero. x. Que
uniuersali est deleta diluuio. sicut prima cuiusque hominis obliuio demer-